

Ascensionis aus einer wüsten Insel in ein hochbebautes Eiland erreicht und ihr Nutzen der Menschheit dauernd gesichert sein wird.

Man mag den Vergleich etwas ungalant finden, aber dennoch können wir nicht umhin, ihn auf unsere gute Stadt Hannover anzuwenden, die vom naturhistorischen, besonders botanischen Standpunkte aus betrachtet, uns wie eine wüste Insel, ein zweites Ascension vorkommt. Durch das Eisenbahnnetz plötzlich zu einem Mittelpunkte des nördlichen Deutschlands geworden, und so von einer Kleinstadt in eine Grossstadt umgewandelt, wird sie täglich von zahlreichen Reisenden berührt, unter denen gewiss recht viele sich befinden, die Belehrung in Wissenschaft und Kunst freudig empfangen, wo und wann sie ihnen geboten wird. Aber leider war bislang Hannover nicht der Ort, welcher einen solchen Genuss zu bereiten im Stande war. Man kann nicht sagen, dass nicht schlummernde Elemente genug vorhanden gewesen wären, aber es fehlte, bei dem allgemeinen Stumpfsinn für Wissenschaft und Kunst, an Aufmunterung derselben. Seit einigen Jahren hat sich jedoch ein lobenswerthes Streben auf Seiten des Fortschritts bemerkbar gemacht, und als solches betrachten wir die Gründung eines Museums für Kunst und Wissenschaft, dessen feierliche Einweihung wir in einem andern Theile unsers Blattes heute geben. Wir sind nicht so sanguinisch, von der Gründung dieser Anstalt eine so rasche Hebung unserer wissenschaftlichen und künstlerischen Verhältnisse zu hollen, um uns in einigen Jahren in dieser Hinsicht mit anderen grösseren Städten messen zu können, allein wir betrachten das neue Museum als einen brauchbaren und kaum zu überschätzenden Keim, der einer grossen, segensreichen Ausbildung fähig ist. Wir können es daher als solchen freudig begrüssen, und zugleich als eine Anstalt, die wie unsere Zeitschrift ihren Wohnsitz in einer Einöde aufgeschlagen hat, die, wie Ascension, der Cultur gewonnen werden soll, wird und muss.

Enumeratio diagnostica et descriptiva Utriculariarum et Droseracearum,

quas

Ludovicus Preiss, Ph. Dr. etc., in Novae Hollandiae occidentalis et australi-occidentalis ora, »Terra Laeanae« dicta, annis 1838—41 collegit prospereque Hamburgum reportavit:

auctore

Augusto Friderico Schlotthaber.

Scripta Goettingae 1843, revisa editaque mense
Januario anni 1856.

Utricularinae Link et Hoffmannsegg (Lentibularinae Richard).

Conspectus generum.

Genus 1. *Utricularia* L. Char. gen. emend.: calyx membranaceo-herbaceus, viridis, nervosus, monophyllus, persistens, bilabiato-profunde bipartitus: labium utrumque indivisum, subaequale. Reliqua servanda vide apud auctores.

Genus 2. *Polygompholox* Lehm.*) Calyx membranaceo-subcorollinus, in sicco scariosus, pallidus, celluloso-reticulatim venosus, monophyllus, marcescens, decussatim subbilabiato-profunde quadripartitus; labium inferius trilobum: lobo medio labioque indiviso superiore cymbiformibus, inaequalibus, externis; lobis lateralibus suborbiculatis, inter se aequalibus, internis.

Genus I. *Utricularia* L.

Character gen. emend. Calyx membranaceo-herbaceus, viridis, nervosus monophyllus persistens, bilabiato-profunde bipartitus: labium utrumque indivisum, subaequale. (Minime autem calyx diphyllus aut disepalus ut opinantur scriptores, non scrutatores.) — Reliqua servanda vide in: Endlicheri genera plantarum, pag. 728, No. 4193; Meisneri genera plantarum, p. 314, No. 163. — Species omnes scapiflorae.

Dispositio specierum secundum habitum
atque inflorescentiam.

A. Foliis radicalibus compositis, vesiculiferis. No. 1, collectionis No. 1875: species 1.

B. Foliis radicalibus simplicibus, vesicula laminave terminatis.

1. Foliis innumeris: petiolis tubulosis erectis, dense fasciculatis. No. 2, 1917: species 1.

2. Foliis paucis, exiguis, decumbenti-rosulatis.
a. Scapis erectis, strictis. No. 3, 1918; 4, 1919: species 2.

b. Scapis volubilibus. No. 5, 1922: species 1.

*) J. G. Chr. Lehmann: Index Scholarum in Gymnasio Hamburgensium Academico annis 1844—45 habendarum editus a Chr. Petersen Hamburgi 1844, seu Novitiae floriae Novae Hollandiae, quas L. Preiss, phil. Dr., in Australasia occidentali et meridionali†) occidentali annis 1838—1841 collegit. Pag. 48. Ejusdem Pugillus plantarum novarum. Liber VIII. pag. 48. Ejusdem Plantae Preissinae, sive Enumeratio plantarum, quas in Australasia occidentali et meridionali-occidentali annis 1838—1841 collegit Ludovicus Preiss, Dr., Hamburgi 1844—45. Volumen I. pag. 340.

†) Rectius „australi-“ scripsisset Lehmann in titulo operum illorum: cum meridies in Nova Hollandia boream versus sita sit; meridionali-occidentalis illius ora autem idem, quod boreali-occidentalis ora, omnino alia regio vel plagae terrae esset, quam intendentur.

A. Foliis radicalibus compositis, ad rete venosum, pro laminae parenchymate deficiente ampullis aërcis innumeris, lateribus apicibusque venarum venularumque adhaerentibus, auctum, reductis; scapis aphyllis, floribus flavis. No. 1, collectionis Preissianae No. 1875.

1. (1875.) *Utricularia australis* R. Br.? Prodr. II. Nov. Holl. I. p. 430; Roemer et Schultes Syst. veg. I. p. 200, 40; Sprengel Syst. veg. I. p. 52, 50; A. De Cand. Prodr. Vol. VIII. p. 6; J. G. Chr. Lehmann Pl. Preiss. Tom. I. p. 338, 1.

Adnotatio. Species haec omnino in dubio manet: cum praeter foliorum radicalium fragmenta 6 in tota collectione Preissiana nec caulis, nec scapi florumve ullum rudimentum aut vestigium a me reperiuntur sit.

Descriptio. Nihil nisi folia radicalia 6 fragmentaria, ad rete tenerrime ramosissimo-venosum, pro laminae parenchymate deficiente ampullis aërcis numerosis lateribus apicibusque venarum adhaerentibus repletum reducta: cujus rami setam equinam, ramuli capillum, vesiculae lineam fere diametrum aequant. Ampullae haec aëre incluso inflatae, reticulatim venulosae, reniformi-subhemisphaericae, vel pyriformes vix tertiam earum nostratae Utriculariae vulgaris L. partem explent, quarum vesicularum retisque tenuitate species respectiva medium tenet hanc, plantae Preissianae ceteris paribus simillimam, speciem inter atque Utriculariam minorem L.

Schedula Preissiana No. 1875. In fluvio „Avon“ (York) mense Martio anni 1839 L. Preiss legit.

B. Foliis radicalibus simplicibus laminigeris, indivisis; scapis aphyllis, floribus variis.

1. Foliis radicalibus innumeris: petiolis tubulosis, erectis, dense fasciculatis. No. 2, 1917: species 1.

2. (1917.) *Utricularia Menziesii* R. Br.? Prodr. I. 431; Benth. in Endlich. Enum. pl. Huegel. p. 82, No. 303; Roem. et Schult. Syst. veg. I. p. 201, 50; Sprengel Syst. veg. I. p. 50, 31; A. De Cand. Prodr. VIII. p. 15; Lehm. Pl. Preiss. I. p. 339, 3.

Adnotatio 1. Quos apud omnes auctores character specialis corrigendus ita: U.: scapo unifloro; foliis tubulosis, obovato-ellipticis. Labii superioris medio constricti parte basali oblongo-ovata; parte apicali appendicis instar cuneato-lingulata, rotundata, reflexa; labio inferiore stipitato, fractillexo, triangulari-dilatato, crenulato; calcare cylindrico, recurvato, labium inferius virgineum, pedunculum aequans, duplum, effloratum triente superante.

β. macroceras, calcar majore: U. macroceras A. De Cand. prodr. VIII. p. 666.

Adnotatio 2. Ab *Utricularia Menziesii* R. Br. Prodr. I. p. 431 — si recte vidit auctor — differt: petiolis non membranaceis, sed per exsiccationem simulatantum lingulatis; revera autem fistulosis aërfiferis, limbo non ovato, vel spatulato, sed obovato-elliptico, basi attenuato. Pedunculo, vel scapo (— haec Endlicheri ipsissima verba: quatenam ergo confusio teratologica?*) cum hic pedunculus ex scapi ipsius nodo

vaginato — ut in *Galanthis Primulisque* — oriatur) non 2", sed minime 2½—4" alto; supra medium pedunculi illa longitudinis mensura, ex foliorum apicibus confertis ab Endlichero aestimata videtur) bracteolis non 2 sed 3, immo etiam 4. Corollae labii superioris non obovati, sed medio constricti lacina obconico-rotundata, appendicis instar tantum adhaerente. Nihil minus tamen planta haec ipsa ab auctoribus illis petita, sed ex speciminibus verisimiliter pravis nancisque etiam prave descripta videtur.

Descriptio ex speciminibus 6 bonis, floribus bonis, capsula et seminibus 0 (id est deficientebus vel nullis) sumta. —

Planta herbacea, stricte erecta, 2—3½" longa; caudice foliis erectis densissime caespitoso-confertis involuto, prolifero ♀ (i. e. perennante, vel perenni). Petioli 1—2" longi: omnes ad fila simplicia, in vivo tubulosa, in sicco lingulatum compressa, ex aëre incluso sericeo-nitentia, cellulis longis constructa, unde longitudinaliter striata videntur, reducti; partim abortivi nudi, partim vesicula aërea fusca terminati; partim normales, superne fuscescentes sensimque in laminam obovato-ellipticam integerrimamque transientes. Scapus in speciminibus sex solitarius, 2—3½" altus, ad midium usque foliis radicalibus stipatus, adusto-fuscus; in statu sicco (ut etiam reliquarum specierum scapi) sinistrorsum pluries tortus, apice ex nodulo vaginato pedunculum solitarium uniflorum emittens. Vagina, interdum in unico inter specimina 6, ibidemque quadrifida) secundi etiam floris rudimentum includens, infra basin adnatam lobis tribus liberis rotundatis brevibus soluta, ad fundum 3—4-partita: partitiones corollino-tenerae, purpurascentes, univerves, lanceolatae, in effloratis oblongo-lineari-lanceolatae, integerrimae, vel hinc inde aliquoties denticulatae. Pedunculus solitarius uniflorus, virgineus, 2", effloratus 6" longus. Calycis monophylli, ad basin bilabiato-bipartiti, virginei labium superius truncato-orbiculare, inferius cuneato-obovatum; efflorati labium superius repando-dilatatum, obovatum, retuso-emarginatum; inferius dilatato-orbiculatum, undulatum, submarginato-truncatum, labio superiore triente brevis ac minus; utrumque integerrimum, membranaceo-corollinum, in sicco rubro-fuscum, radiato-nervosum. Corolla monopetala, bilabiato-personata, 5—12" longa: in vivo secundum Preiss coccinea (?), in sicco rubro-fusca. Labium superius medio constrictum: parte inferiore oblongo-ovata, concava, margine inflexo, calycis labii appositae retusionem fere aequi-longa, processu subobconico-anguste lingulato, rotundato, in junioribus undulato, reflexo, emarginato; vel in effloratis subtridenticulato, nervoso, super labium calycinum reflexo. Labium inferius stipitatum, basi elata calcaratum. Stipes inferne format annulum, calcar ostium squamuloso-pubescentem circumdantem; superne in angulum internum convexum, inferne concavum, et lamina calycis labium superius aequi-longe productus. Lamina subrhomboida, transversa, triangulari-dilatata, repanda, subundulato-crenulata. Calcar permagnum, labium inferius atque pedunculum in flore virgineo duplo-, in efflorato triente superans, inflatum, cylindricum, clavato-incrasatum, crassitudinis dimidium fere sursum incurvatum,

* Pro significatione vulgata „terminologica“, quae latino-graeca hybrida falsa, illa vero ex graeco „τέρας, ἄτος et λόγος“ recta est.

3—9" longum. Stamina 2, stylum, palato breviora, subaequantia; filamenta membranacea, dorso carinatum marginata, dilatata, apice attenuata, antherifera, palato incurvatum adpressa; antherae terminales, apice oblique affixae, subincumbentes, pendulae, elliptico-discoidales, angulo interno inter se cohaerentes, plaga superiore ut concha bivalvis sibi invicem inversa et accumbente, pollen separantes; margine acutangulo ambae verticales stigmatis sulco longitudinali inversae. Stylus simplex, ex medio sursum dilatatus, bifido-emarginatus, in plaga inferiore marginibus inflexis cucullato-excavatus, in dorsi vel plagae superioris medio tuberculatus. Capsula et semina 0. — *Schedula Preissiana* No. 1917. In arenosis submadidis ad fluvium „Canning“ (Perth) die 22. mensis Julii anni 1839 L. Preiss legit α et β . — Flores coccinei (?).

2. Foliis radicalibus paucis, exiguis, decumbenti-rosulatis.

a. Scapis erectis strictis. No. 3. 1918; 4. 1919: species 2.

3. (1918.) *Utricularia Hookeri* Lehm., sp. n.: scapo unifloro; foliis tubulosis linearibus. Labii superioris, medio constricti parte basali calcaris ostio, operculi instar, conformi; appendice bifida: lacinii oblongis, obtusis, integris, divergenti-resupinatis, calcar conicum obtusum, rectum, calycem labiumque inferius sessile, repande dilatatum, semilunare aequantibus. Lehmann in Mohl et Schlecht. Bot. Zeit. 2. (1843) p. 109; idem in *Indice Scholar. Hamburgens.* 1844—45, p. 47; ejusd. *Pagillus* VIII. p. 47; ejusd. *Pl. Preiss.* I. p. 339, 4. *Utricularia inaequalis* A. De Cand. VIII. p. 666. — Descriptio ex specimenibus 17 malis: 12 florentibus, 5 sterilibus, capsula et seminibus 0 sumta. — *Planta herbacea*, 2½—5" longa, caudice petiolis abortivis suffolto foliisque normalibus rosulatum aggregatis stipato, prolifero \mathcal{M} ; radix . . . ? Petioli omnes confervoideo-filiformes, hyalino-pellucidi, in vivo tubulosi, in statu sicco ligulatum compressi, abortivi vel nulli, vel ampulla terminati: vesiculae reniformi-subhemisphaericae, 1—3" crassae, cyaneo-virides; petioli normales autem in laminam linearem integerrimam uninervem virescentem transientes. Scapus in specimenibus pravis 17, ergo verisimiliter semper, solitarius, 1½—5" altus, setam suillam vel equinam crassus, oblique erectus, flexuosus, teres, nudus glaberque, apice ex nodulo vaginato pedunculatum solitarium erectum emittens. Vagina completa, medio adnata, basi circumscissata, clausa, quadrifida: lacinulae aequales, lanceolatae, medio cum nodulo scapi interque se connatae, basi vero singulae processu caudali soluto productae, integerrimae, corollino-tenerae, purpurascetes. Pedunculus in omnibus specimenibus 17 solitarius, uniflorus, 1—2" longus. Flos magnus, speciosus, in siccitate violaceo-persicina (secundum Preiss in vivo lilacini?). Calyx supra basin bifidus, partitionibus inter se pedunculumque subaequantibus, corollino-membranaceo-tenissimis rubris, integerrimis, inferiore truncato-obovato, superiore orbiculato-dilatato. Corolla tenerima, 6" longa, 7" lata (lilacina?), violaceo-persicina, fauce croceo-violaceoque variegata. Labium inferius calcaratum: calcar infundibuliforme, subpungiiformi-conicum, stricto-rectum, obtusum, flavum; lamina in semiambitu ostii

calcaris sessilis, transverse repando-dilatata, semilunaris, crocea, in saturatiore baseos faucisque ambitu vitellina, saturatius violaceo-radiatum striata, calcar aequi-longa ac lata. Labium superius ex medio anguste constricto-appendiculatum: parte basali inferiore in calcaris ostio posteriore horizontaliter truncato, articulatim insidens ejusque ambitum, operculi instar, fere aequans ovato-rotundatum, medio longitudinaliter profunde sulcato, genitalia in sulco recepta; parte apicali superiore ultra medium bifida: lacinii oblongo-ellipticis, obtusis, integris, trinerviis, saturate lilacino-violaceis, repando dilatatis, calcar fere aequilongis, resupinatis. Palatum glabrum. Stamina 2 in articulo labii superioris affixa, arcuata, in flore virgineo super calcar erecta, palato adpressa: antheris discoideo-conchaceis accumbentibus, rima marginali externa dehiscentibus; efflorata in calcar pendente, simplicia, late membranacea, flava, antherae violaceae. Stylus infra apicem excisus, angulo producto, inde sursum membranaceus, ligulatus, flavus, integer, non excisus, sed sulco frontali, antheras excipiente, excavatus. — *Schedula Preissiana* No. 1918. In uliginosis peninsulae „Perth“ die 30. mensis Septembris anni 1839 L. Preiss legit. Flores lilacini (?).

4. (1919.) *Utricularia similis* Lehm. sp. n. Scapo 2—3 floro; foliis tubulosis, obovato-spathulatis. Labio superiore calcar rectum, crassum, obtusum aequante, calycem duplum fere longo, ad medium sinuatum furcato: lacinii lineari-lanceolatis, integerrimis; labio inferiore subsessili, ad dimidium tripartito: lobis lateralibus obovatis, medio parallelepipedo, obtuso, vix majore. Lehm. *Pagill.* VIII. p. 46; idem in *Indice Scholarum Hamburg.* a. 1844—45, p. 46; idem in Mohl et Schlecht. Bot. Zeitung 2 (1843), p. 109; ejusdem *Plantae* Preiss. p. 339, 5. *Utricularia* Preissii A. De Cand. *Prodr.* VIII. p. 666.

Descriptio secundum specimen 11 (5 floribus bonis, 6 sterilia mala), capsula et semina 0 delineata. — *Planta herbacea*, 3—6" alta, caudice prolifero \mathcal{M} ; caudex pro radice petiolis tubulosis, lanina et vesicula destitutus, tanquam filis confervoideis suffultus, superne foliis rosulatum aggregatis circumstratus, ex centro ipsius scapum solitarium geminum ex proliferatione laterali emittens. Folia ½—¾" (3—6") longa: lamina obovato-spathulata integerrima cellulosa, nervo medio vix conspicuo praedita, (ut Preiss lector affirmat in statu vivo purpurea(?)) in sicco subvirescentia, in petiolum obneatum, inferne confervoideo-filiformem, hyalino-ecolorum attenuata. Scapus 3—5" altus, nudus oblique erectus, flexuosus teres: inferne obscure fusco-viridis, setam suillam, superne equinam vix crassus pallidior; apice ex nodulis vaginisque intraxillaribus, pedunculos singulos 2—3 proliferatim racemosos emittens: vaginae intrapedunculares ad basin fere tripartitae, corollino-tenerae, purpureae: partitiones subaequales, introrsum decrescentes, ovato-oblongae, integrae, concavae, adpressae, basi non solutae, eadentae, truncatae, adnatae. Pedunculi simplices, solitarii alterni, teretes, capillares, uniflori, erecti, ebracteati, sed basi vaginati, 3" longi: flores ebracteati, centripetaliter efflorescentes, speciosi, magni, 6" longi, 5" lati, tenerissimi, in statu vivo secundum lectorem plantae Preiss

rosei (?), genitalibus sulphureis? —: oculis meis autem corollae in siccio violaceo-purpureae; palato — a Preiss, lectore, pro antheris purpureo-violaceis habito — croceo; fauce labii inferioris cavitate vitellino-flavis. Calyx membranaceo-subcorollinus tener, purpureus, monophyllus, bilabiato — ad fundum bipartitus, 2^{'''} longus; partitiones inaequales, calcar dimidium breviores, obovatae; labium inferius emarginatum, superius rotundato-integrum. Corolla personata 6^{'''} longa, 5^{'''} lata, in siccio violaceo-purpurea: palato, pro antheris purpureo-violaceis a Preiss habito, croceo, fauce labii inferioris cavitate vitellino-flavis. Labium inferius in calcaris ostio subsessile, profunde tripartitum; lobis lateralibus obovatis, medio parallelepipedo obtuso, vix majore; labium superius calcar labii inferioris incisuras aequae fere longum, ad medium sinuato-furcatum; laciniis lineari-lanceolatis, integerrimis. Stamina 2 cum stylo labii superioris partem indivisam semi-longa ejusque sulco impressa, recurva. — Antherae semioblongae, accumbentes, paginis appositae polliniferae, purpureo-violaceae. Stylus simplex, superne membranaceo-dilatatus. Capsula et semina 0. — Schedula Preissiana No. 1919. In arenosis aquaticis fossae prope oppidulum „Perth“. Floruit die 26. mensis Septembris a. 1839, quo L. Preiss legit. — Flores rosei, genitalibus sulphureis; folia ovata purpurea. (De florum coloris errore illo vide supra.)

b. Scapis volubilibus. No. 5, 1922: species 1.

5. (1922). *Utricularia rotulibis* R. Br. Prodr. I. p. 430; Roem. et Schult. Syst. veg. I. 200, 42; Sprengel Syst. veg. I. 50, 33; Benth. in Endl. Enum. plant. Huegeli I. p. 82, No. 302; A. De Caud. Prodr. VIII. p. 14 et 666; Lehm. Pl. Preiss. I. p. 339, 2.

Descriptio secundum specimina 3: 2 floribus bonis, capsula et seminibus 0 facta. — Planta herbacea, 12—18^{'''} longa, caudice stolonifero cum foliis submerso scaposque hinc inde emittente ♂; foliis omnibus radicalibus, circum caudicem confertissime rosulatum aggregatis, 1^{'''} longis; partim ad pedunculos filiformi-cylindricos abortivos, præ lamina vesicula aërea terminatos reductis, partim normalibus ex petiolo filiformi in laminam lineari-lanceolatam sensim prodeuntibus gramineis, virescentibus. Scapi e caudice, in scaturiginum fundo fixo, orti ex ima basi ad apicem aequae filiformi-tenues, vix setam nullam crassi, circum senetipsos aliaque fulera dextrorsum volubiles ascendentes se erigentes, 1—1½ (12—18^{'''}) longi, nudi, apice ex nodo bifurcato pedunculos ¼ ad ½ longos duos erectos emittentes. Vagina pedunculifera clausa, inferne lobis duobus oppositis distantibus soluta, superne ad basin quadrifida; lobis illis caudalibus respectivis duobus oppositis majoribus lanceolatis, duobus intermediis alternis filiformibus minutis. Pedunculus solitarius geminis nudis unilobis, flore suo brevioribus, 3—6^{'''} longis. Flores terminales erecti, speciosi, magni, 6^{'''} longi, ad 8^{'''} lati. Calyx monophyllus, bipartitus: partitionibus inter se subaequantibus, 2^{'''} longis, late obovatis, concavis, inferiore subinciso, superiore integro. Corollae in vivo secundum Preiss violaceae (?), in siccio violaceo-rubicundae labium inferius in calcaris ostio unguiculatum stipitatum securiforme, vel semilunare, repando-dilatatum, 8^{'''} latum, 6^{'''} longum, mar-

gine undulatum, argute crenulatum, densissime reticulatum venulosum; lamina calcaris longitudinem fere lata, fauce excavata, sulcata, villosa, scabra; unguis, calcar fere aequans, 2½^{'''} longus. Labium superius angustum, unguem inferius aequans, 3^{'''} longum, medio constrictum; parte supera repando-cuneata, triangulari-rotundata, integerrima; infera e basi lata ovato-elliptica. Stamina 2; filamenta curvata, membranaceo-dilatata; antherae oblique impositae, terminales, pendentes, margine interiore connexae, accumbentes, plaga accumbente polliniferae. Stylus apice membranaceo-repando-dilatatus. Capsula et semina 0. — Schedula Preissiana No. 1922. In turfoso-scuturiginosis ad littus portus „Princess-Royal Harbour“ die 11. mensis Octobris a. 1840 L. Preiss legit. — Flores violacei.

Genus II. Polypompholyx Lehm.

in Mohl et Schlecht. Botan. Zeitung 2. p. 110 (1843); Poggil. VIII. p. 48; idem in Indice Scholar. Hamb. a. 1844—1845, p. 48; ejusdem Plantae Preiss. I. p. 340; Tetralobus A. De Caud. Prodr. VIII. p. 667 (1844); Genus novum.

Character genericus. Calyx corollino-tener, subcoloratus; in siccio membranaceo-scariosus, pallidus, celluloso-reticulatum venosus, marcescens, monophyllus una eademque serie decussatum subbilabiato-profunde quadrifidus —: labium inferius trilobum, lobo medio labioque indiviso cymbiformibus, inaequalibus, externis; lobis lateralibus suborbiculatis, aequalibus, internis. Corollae hypogynae, subhypoarteriformi-personatae labium inferius trifidum, basi antice calcaratum, tubo brevissimo; labium superius brevius trifidum: palato producto, convexo. Stamina 2 ex uno eodemque imae labii superioris baseos puncto junctum orta; filamenta membranacea, incurvata, cum stylo labii ejusdem sulco imposita; antheris incumbentibus, dorso oblique adnatis, ovatis unilocularibus, longitudinaliter debiscentibus; plagis polliniferis sibi invicem accumbentibus cohaerentibusque. Stylus centralis simplex, brevis, crassus, in medio germine persistens. Stigma bilobum: lobo postico inconspicuo minimo, antico dilatato membranaceo, integro. Capsula iullato-sphaerica, scarioso-membranacea, celluloso-reticulatum venosa, basi circumscissa: tholo integro, stylo centrali persistente coronato; toro in fundo capsulae seminibus numerosis (immaturis [?] siccatione corrugatis), minutissimis dense superstrato. Species 1, collectionis No. 1920; 2, 1921; 3, 1923: species 3.

1. (6) (1920). *Polypompholyx tenella* Lehm. Char. sp. emend.: scapo 1—2 floro; foliis elliptico-cuneatis, subciliatis, uninerviis. Labio superiore obovato-cuneato, truncato, bifido; laciniis lanceolatis, acuminatis; inferiore trifido; laciniis parallelepipedo-obovatis, obtusis, lateralibus trinerviis, media 5-venosa angustiore dimidium brevioribus, calcar conicum, obtusum, rectum calycecum aequantibus. Lehm. in Mohl et Schlecht. Botan. Zeit. p. 110 (1843); idem in Ind. Schol. p. 50; ejusd. Pl. Preiss. I. p. 341, 3; Tetralobus pusillus A. De Caud. Prodr. VIII. p. 667 (1844). *Utricularia tenella* R. Br. Prodr. I. p. 432; Roem. et Schult. Syst. veg. I. p. 202; Sprengel Syst. veg. I. p. 50, 32.

Descriptio secundum specimina 16: 12 floribus malis, 4 sterilia, unica capsula laesa, seminibus 0 facta. — Planta herbacea, simplicissima, exigua, 1—3" longa, caudiculo (?) subprolifero (?), 2(?) scapillora; radicularum (?) fibrillis petiolisque abortivis, pro lamina ampulla terminatis, tanquam filis ecoloreo-hyalinis confervoideis suffulta atque stipata. Folia emersa circum caulis basin (caudiculum ?) superennantia [2(?)?] rosulatum conferta, simplicia, sursum subvirescentia, deorsum ecoloreo-pallida, pellucida, 3—6" longa: lamina ad summum 2" longa, elliptico-cuneata, integra, hinc inde margine vel apice cilia una alterave sparsa, vel omnino nulla praedita, integerrima, minores. Scapus radicalis 1—3" altus, nudus, oblique flexuoso-erectus laevissimus, teres, setam equiuam crassus, superne tenuior, gracillimus, pallide virescens, basi ecoloreus simplex, ex nodo bibracteato uni- vel apice furcatus biflorus. Flores breviter pedunculati; pedunculi ad 2" longi, singuli supra furcationem basi bibracteati, uniflori, erecti; terminalis altero praecocior longior, 2" longus — inflorescentia ergo centrifuga. Bractae pellucido-membranaeae, ovato-lanceolatae, vel ovatae aut obovatae, apice emarginatae vel subinciso-bifidae, vel integrae, vix oculis nudis conspicuae. Calyx monophyllus, subbilabiato-profunde quadrifidus, $1\frac{1}{10}$ " longus, $\frac{1}{10}$ " latus: lobi decussatim oppositi, integri, tenere membranacei, celluloso-reticulatum venosi, ecoloreo-pallidi, venae labii inferioris subaequales, subperivariae; superioris inaequales: laterales utrinque gemini dimidiat, obsoleti; medii duo labii sui teretiores. Labii inferioris tripartiti lobo medio antico late ovato, laterales duplo superante, labioque superiore indiviso erecto, oblongo-ovato duplo longiore cymbiformi-concavis; lobi laterales repando-orbiculati integri, medio duplo, labio superiore calycis corollaeque quadruplo minores, inter se omnino aequantes. Corolla bilabiato-subpersonata, persicina. Labium inferius cum calcare 2" longum, trifidum: partitiones subparallelo-ovatae; laterales trivenosae, media quinquevenosa angustiore inde a sinibus dimidium breviores, calcar obconico-obtusum, rectum calycisque labium superius oppositum fere aequans, $\frac{2}{3}$ " longae. Labium superius $\frac{1}{2}$ " longum laciniam labii inferioris oppositam mediam fere aequans, obovato-cuneatum, truncatum, ad medium bifidum: lacinae lanceolatae-acuminatae. Capsula calyce emarcido sublongiore inclusa, vesiculoso-inflata, hyalino-membranacea, globosa, polo impressa, stylo persistente in retusionis centro umbonata, tenerime celluloso-reticulatum venosa, supra basin circumscissa, unilocularis: tholo integro, cuervi, evalvi, medio stigmatate persistente coronato. Semina numerosa, discum in fundo corollae dense coarctatim obtegentia, immatura exsiccata rugosa, obscure rubra. — Schedula Preissiana No. 1920. In arenosis aquaticis fossae supra oppidulum „Perth“. Floruit die 26. mensis Septembris a. 1839, quo L. Preiss legit.

2. (7.) (1921). *Polypompholyx Endlicheri* Lehm. Planta genere ac specie nova. — Scapo subtrifloro; foliis lineari-obovatis, integerrimis. Labii superioris sinuato-bifidi laciniis lineari-lanceolatis; labii inferioris — superioris, calcar rectum, intrassatum, obtusum, calycemque duplum fere loni — semilunaris trifidi lo-

bis lateralibus obovato-cuneatis, medio parallelo-ovato-obtusum: omnibus aequilongis ad medium bifidis, laciniis obtusis, integris. Lehm. in Mohl et Schlecht. Bot. Zeit. 2. p. 110; ejusd. Pagill. VIII. p. 48; idem in Ind. Scholar. Hamb. 1844—45, p. 48; ejusdem Pl. Preiss. I. p. 340, 1; Tetralobus Preissii A. De Cand. VIII. p. 667 Utricularia multifida R. Br. Prodr. I. p. 432, 24; Roem. et Schult. Syst. vegetab. I. p. 203, 61; Sprengel Syst. veg. I. p. 51, 46; Benth. in Endlicheri Enum. plantar. Huelg. I. p. 82, 304.

Adnotatio. Ab Utricularia multifida R. Br., ceterum congruente, differt (si recte vidit scriptisque auctor?): labii corollae inferioris laciniis in planta Preissiana haud emarginatis, sed rotundato-obtusissimis, integerrimisque.

Descriptio secundum specimina 6: 3 floribus bonis, flore unico aperto; 3 mala, capsula et seminibus 0 facta. — Planta herbacea, simplicissima, gracilis, 4—8" longa, caudiculo (?) prolifero (?), 2(?) scapilloro; radicularum (?) fibrillis petiolisque abortivis fistulosis pro lamina vesiculiferis, tanquam filis ecoloreo-hyalinis confervoideis fasciculatis suffulta foliisque normalibus lineari-obovatis integerrimis, sursum incurvatis, 3" longis, rosulatis stipata. Scapus subcaudicis (?), an radicalis (?), simplex, flexuoso-erectus, e setae suillae crassitie sursum attenuatus, 4—8" altus; apice dichotome proliferantem ramulosus, subtriflorus; pedunculi erecti, unilobii, calyce suo longiores. Inflorescentia dichotome prolifera, racemoso-subpaniculata, centripetalis. Flores 7" longi, 8" lati, speciosi, rubicundi. Calyx monophyllus, hyalino-membranaceus, pallide fuscus, persistens, capsulam inclusam subaequans, bilabiato-profunde quadrifidus: partitiones decussatim oppositae, integrae, antica oblongo-obovata, apice subincisa, calcar subsemi- (2") longa; postica oblongo-obovata, triente majore, labium corollae superius subaequans, cum lateralibus dilatato-orbiculatis, integerrima. Corollae personatae, 8" latae, 7" longae labium inferius in ostio calcaris semilongi, recti, incurvati, obtusi, sessile, semicircularis, aequae infra medium trifidum: partitiones laterales obovato-obcuneatae, medio parallelo-ovato-obtusum, omnibus ad dimidium iterum incisus, nervoso-venosis; labium superiore oblongo, ad medium sinuato-bifidum, laciniis lineari-lanceolatis calcar calycemque fere aequantibus, labium inferius semilongis. Stamina antorsum ad fundum germinis ex uno eodemque imae labii superioris basico puncto junctum orta, sed statim divisa filamentis incurvatis membranaceis cum stylo labii superioris sui palati sulco impositis: antheris incumbentibus, dorso oblique adnatis, ovatis, plagis polliniferis accumbentibus. Stylus in extremo germine simplex, crassus, superne membranaceo-repando-dilatatus, integer. Capsula et semina 0. — Schedula Preissiana No. 1921. In turfoso-uginosis planitie prope oppidulum „Albany“ (Plantagenet) die 17. mensis Octobris a. 1840 L. Preiss legit. — Flores rosei.

3. (8.) (1923). *Polypompholyx latiloba* Lehm. Planta genere ac specie nova. Scapo 4—5 floro; foliis obovato-spathulatis. Labii superiore inferius vix semilongo, calcar rectum, crassum, clavatum, obtusum calycemque fere aequante, obovato-oblongo, sinuato-bi-

fido: laciniis lineari-lanceolatis, integerrimis, sinuato-inversis; labio inferiore substipitato, tripartito: lobis septennerviis; medio lateralibus obovatis triente longiore, parralelepido, obtuso (crenulato?). Lehm. Pugill. VIII. p. 49; idem in Ind. Schol. Hamburg. a. 1844—45, p. 49; ejusd. Pl. Preiss. I. p. 341, 2. (Vesicularia latiloba nith, planta genere ac specie nova, Manuscr. olim); Utricularia latiloba Benth. in Endl. Enum. pl. Huelgelii I. p. 82, p. 305?

Anotated. Verisimiliter illa una eademque cum hac ab Endlichero loco citato ex specimenibus pravis minus recte ac juste perscrutata et descripta planta; absqua — si recte vidit scripsitque auctor? — ita differt: „laciniis labii corollae inferioris in planta Preissiana rotundatis, in unico specimine tantum lacinula media crenulata, minime vero emarginata etc.; laciniis labii superioris non oblongis, sed semiellipticis fere; margine interno rectiore, sinuato-subincrurato, externo arcuato-convexo.“

Descriptio ex specimenibus 13 (7 floribus bonis apertis, 5 floribus inapertis malis, 1 capsulis laesis), scminibus 0 sumta. — Planta herbacea simplex, gracilis, 7—18" longa; caudiculo fibrillae petiolisque submersis foliorum radicalium infimorum fistulosis abortivis, fasciculatis, tanquam filis confervoideis suffulto foliisque emersis normalibus, rosulatum confertis stipato, profifero, ♀, ex media rosula scapum solitarium geminave ex proliferatione laterali emittente. Folia omnia radicalia: media 2 $\frac{1}{2}$ " longa, vix 1" lata, obovato-spathulata, integerrima, cellulosa, fusco-purpurascens, nervo medio vix conspicuo; summa lineari-lanceolata, virescentia, ad summum 6" longa; infimorum petioli abortivi nudi aut vesiculiferi, tubulosi, ecoloreo-hyalini filiformes. Scapus simplex, oblique flexuoso-erectus, 6—17" altus, teres, omnino nudus, glaber: inferne obscure fuscus setam suillam duplo-, superne equinam crassus, pallide viridis; apice aut parte in specimenibus humilioribus quaternaria, in altioribus ternaria pedunculos 2—5 ex nodulis vaginatis proliferatim racemosos emittens. Vaginae singulae pedunculum suum aequaliter amplectentes, intrapedunculares, monophyllae, clausae ad fundum fere tripartitae, basi ecaudata, truncata adnatae, non solutae, hyalino-membranaceae, fuscae aut corollinae purpurascens: partitiones inter se subaequantes, aut introrsum decrescentes, ovato-oblongae seu lauceolatae, integrae, concavae, adpressae, $\frac{1}{2}$ " longae. Pedunculi simplices, solitarii, alterni, tereti-setacei, setam equinam vix crassi, erecti, 2—6" longi, uniflori. Flores ebracteati centripetaliter efflorescentes, speciosi, magni, 6" longi, 6" lati. Calyx monophyllus, corollino-tener, purpurascens ad fundum quadrifido-bilabiatus: partitiones decussatim oppositae. Labii inferioris trifidi lobo medio antico subemarginato, quinquenervi labioque superiore triente longiore indiviso, rotundato, obtuso, erecto, obsolete nervoso externis, oblongo-late ovatis, cymbiformi-concavis; lateralibus inter se aequantibus dimidio brevioribus, orbiculatim repando-dilatatis, costatis, univerviis, ima tantum basi cum illis duobus una eademque serie coactis, ita ut calyx omnino monophyllus evadat. Corolla personata, 6" longa, 5" lata, tenerima, in vivo secundum Preiss rosea, genitalibus sulphureis(?); in sicco

oculis meis corolla potius violaceo-purpurea, antheris purpureo-violaceis: palato, a Preisso pro iis habitu, croceo; fauce labii inferioris ejusque cavitate vitellino-flava. Labium inferius in calcaris ostio substipitatum, aequaliter ad medium trifidum: lobis septennerviis, rotundato-obtusis subaequalibus; lobis lateralibus obovatis, medio cuneatim parralelepido, obtuso (in unico flore [an normaliter?] undulatum crenulato) triente longior. Calcar crassum, rectum, clavato-incrassatum, rotundato-obtusum, 1 $\frac{3}{4}$ " longum. Labium superius calcar labiique inferioris sinus fere aequans 1 $\frac{1}{2}$ —1 $\frac{3}{4}$ ", mediatim ergo 1 $\frac{1}{2}$ " longum, obovato-oblongum, infra medium angustatum, sinuato-bifidum: lacinae lineari-lanceolatae, angustatae, acutae, subarcuatum inversae, marginibus externis semilunari-convexis, internis, sinuatum excavato-subincurvatis. Stamina 2 cum stylo partem labii superioris indivisam semilonga ejusque sulco imposita, recurva. Antherae semioblongae, plagis polliniferis sibi invicem accumbentes. Stylus simplex, superne membranaceo-dilatatus. Capsula omnino sphaerica, hyalino-membranacea, scariosa, celluloso-reticulatum venosa, basi circumscissa: tholus (verticaliter [— num vi? —] fissus) in centro stylo brevissimo conico, membranaceo-explanato-dilatato-obtuso, persistente coronatus; torus in fundo capsulae seminibus immaturis exsiccatione corrugatis, vix conspicuis minutissimis, atris, dense superstratus. — Schedules Preissiana No. 1923. In aquaticis ad radices jugi montium „Darling's-range“ (Perth) d. 23. m. Novbr. a. 1839 L. Preiss legit, sed de florum colore tacet.

Droseraceae (Bartl. Ord. natur. pl. pag. 222 et 285—86).

Stamina definita. Styli 2—5 distincti, saepe divisi. Capsula 2—5 valvis. Folia cum calycibus saepissime glanduloso-pilosa, illa juniora cochlearium involuta; nec circumnati ut minus apte dicit Bartling; calyx quoque, ab eodem auctore pag. 285 ex errore pentasepalus dictus, potius distincte monophyllus, 5 partibus corollaque, alioqui pentapetala, contra omnes auctores in Droso-phylo ac Byblidibus generibus distincte monopetala a me reperta sunt. — Byblidibus atque Sonderae Lehmi. antherarum loculi, connectivo mediatim interposito externo sibiique invicem longitudinaliter accumbentes, singuli rima longitudinali interna introrsum — non, ut in reliquis Droseraceis, extrorsum — dehiscentes.

Conspicuos generum.

Genus 1. *Drosera* L. Characterem genericum vide apud auctores: Endlicher genera plantarum pag. 907, Nr. 5033; Meisner gen. plantar. pag. 22. (XIX). (Apud nonnullos scriptores autem monendam est: calycem omnino monophyllum, persistentem; nec pentasepalum sed tantum 5 fidum esse.)

Genus 2. *Sondera* Lehm. Pagill. VIII pag. 44; idem in Indice Scholar. Hamburg. a. 1844—45, p. 44; ejusd. Plant. Preiss. I. pag. 256; genus novum. Character essentialis. Calyx herbaceus, regularis, aequaliter profunde 8 fidus; corollae petala 8 aequalia cum staminibus totidem alternantia. Capsula bivalvis, valvularum marginibus inflexis semisubilocularis, oligosperma. Semina numero

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Bonplandia - Zeitschrift für die gesammte Botanik](#)

Jahr/Year: 1856

Band/Volume: [4](#)

Autor(en)/Author(s): Schlotthauber Aug. Friedr.

Artikel/Article: [Enumeratio diagnostica et descriptiva Utrienlarinarum et Droseracearum 102-107](#)